

- ris. Patronus, in *observat. ad usum Fori Gallici*, in l. 28. C. de *Episcop. & Cler.* De *Anplissima Republica Veneta Joh. Jacobum à Canibus &
10. Simonem de Prætis aliquot locis. De *Helvetiorum more & formulis
11. habet Alexander Hugen in *cit. Rhetorica p. 40. & seqq.* In *sacro Romano Imperio ea de re extant in *lure Würt. Ducatus singularis tit. part. 3.*
12. tit. 27. De *Bavariz Ducatu fidem facit Andreas Perneder, Aulæ Monachiensis Consiliar. & Secretar. his verbis: Wie es mit der Execution der Testament im Fürstenthumb Bayern gehalten werden soll / ist in der Reformation bey dem andern Articul des 52. Titels ein besondere Sassung. & ipse Artic. quem vidimus; & infra adducemus. Jus *Lubecense adducit Dn. D. Max. art. 1. p. 2. tit. 1. In *der Stadt Nürnberg verneuten Reformation part. 3. tit. 32. itidem peculiaris tit. de iisdem occurrit.
13. 14. 15. 16. *Causa, *quæ movit & impetravit, ut singulares ejusmodi executores constituerentur, in favore supremarum voluntatum, & perfidia, nec non segnitie, & variis, quæ ex absentia, morbo & negotiis venire possunt, impedimentis heredum hæere videtur. Ac justo quidem favore ultimas voluntates complexi sunt, quicunque primo fecerunt, hunc enim pietas & interesse publicum excitavit. Simon de Præt. cit. 17. lib. 5. interpr. 1. dub. 1. De perfidia heredum testatur Grass, d. l. in proœmio inquit: Providere, ut jussa defunctorum capeffantur, in seculo hoc pravo & avaro necessarium erat. De reliquis quotidiana rerum experientia.*
17. 18. 19. *Causa *efficiens Executorum propinqua & proxima pro diversitate illorum diversa est. Conventi * & Testamentarii constituuntur utriusque tam committentis, quam commissarii, consensu & voluntate. De *committente expressi sunt textus, nam dicitur ejusmodi Executor à testatore eligi, l. 17. ff. de leg. 2. scribi perique l. 9. ff. de alim. leg. designari & desiderari, l. 28. C. de Episcop. & Cler. deputari, c. f. de testam. in 6. ipsique divisio legatorum à testatore mandari, l. 8. de alim. leg. c. 19. x. de testam. sic & Jus Würtemb. similibus verbis utitur: Die Executorn von dem Testirer verordnet und ernennet. Sandr. p. 423. §. 1. & ult. unde & Executores à testatore mandatum habere dicuntur. Salustius de Perusio & alii in consil. 74. quod extat in volum. 1. Consil. à Joh. Bapt. Zileto, J. U. D. Veneto, Collect. num. 34. Quamvis *enim exequendæ ultimæ voluntatis cura ad Magistratum pertineat, nam Prætor voluntatem defunctorum tuetur, inquit Ulpian, in l. 1. ff. si quis ommissa causa testam. hoc tamen eo demum casu*
20. *neces-*

neces-